

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber VII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN VII. VALE-
RII FLACCI. LIBR. ÆGI-
DII MASERII AR-
GUMENTUM.



Edeam urit amor: promissum perdidit au-
ram.

Rex Æeta negat: nisi serpens Martia iusto
Congressu ignotam fateatur victa quietam.
Et iuga flammivomi subeant nisi ferrea tauri:
Terrigenæq; armis cedant: mirata parentem.
Phætiæ ingratum Cytharæo proditur æstu:
Et juvenis miserata necem sublimia linquit
Mœnta: datq; herbas: virosa aconita: novercis
Cognita Thessaliciæ: thalamos non spernit Iason.
Fatales panduntur agri: tauriq; domantur
Vomere vertuntur glebæ: serus emicat arvis
Miles: & effusis fratrum cadit ense venenis.

C. VALERII FLACCI
SETINI BALBI ARGO-
NAUTICON

LIBER VII.

TE quoque Thessalico jam serus ab hospite
vesper

Dividit, & te jam tua gaudia virgo relinquit:
Noxque ruit, soli veniens non minus amanti.
Ergo ubi cunctatis extremo in limine plantis,
Contigit ægra thoros; & mens incensa tenebris

Vertere tunc varios per longa insomnia questus,
 Nec pereat quo scire modo: tandemq; fateri
 Ausa sibi, paullum medio sic fata dolore est:
 Nunc ego quo casu, vel quo sic pervigil usque
 Ipsa volens errore trabor? non hac mihi certe 10
 Nox erat ante tuos juvenis fortissime vultus,
 Quos ego cur iterum demens iterumq; recordeor
 Tam magno discreta mari? quid in hospite sola
 Mens mihi? cognati potius jam veller a Phryxi
 Accipiat, qua sola petit, quaque una laborum, 15
 Causa viro. nam quando domos has ille reviset?
 Aut meus Aesonias quando pater ibit ad urbes?
 Felices medijs qui se dare fluctibus ausi,
 Nec tantas timuer e vias, talemque securi
 Hunc qui deinde virum: sed sic quoque talis abito. 20
 Tum jaebata thoro, tumq; expectata cubili,
 Ecce videt tenui candescere limen Eoo:
 Nec minus insomnem lux orta refecit amantem,
 Quam cum languentes levis erigit imber aristas:
 Grataque jam fessis descendunt flamina remis. 25
 At sua longarum Minyas jam cura viarum
 Ammonet, inque ipso nequiquam tempore regem
 Letae, meritiq; petunt; quem passus Iason
 Vota prius, captasque deis accendere predae,
 Prominet, atque oculos longè tenet, aurea si jam 30
 Pellis, & oblatris clarescant arria villis.
 Ille autem iam jam vultus, vocesque paratas
 Antè aperit, rumpitque moras, inq; ipsa morantis
 Profili ora viri, taliq; effunditur ira:

Orbe

- 35 Orbe fatos alio, sua litora regnaque habentes
 Quis furor has medijs tot fluctibus egit in oras
 Quisve mei vos tantus amor? tu prima malorum
 Causa mihi tu Phryxe gener: non te aquare me-
 sum
- 40 Quo soror; ut felix nullos nunc nomine Graios
 Nosse ego; quis regū Pelias, quis Thessalus aut que
 Græcia: quod nam hominum cerno genus aut ubi
 cautes
- Cyanea? venit Scythicus in hospes in oras:
 Quinquaginta Asiā (pudet heu) penetravit Inson
 Exulibus, meque ante alios ut spreverit una,
- 45 Vna ratis, spoliū ut vivo de rege reportet?
 Ipsum offerre meos, ipsum me pandere lucos
 Imperet, & nullo dignetur vincere bello?
 Cur age, non templis sacra tua avellere dona
 Omnibus, at que ipsas gremijs abducere natas
- 50 Prado libet? vobisne domos, vobisne parentes
 Esse putem, ratis infandis quos sola rapinis
 Sevaque pascit hiems, & quos credamus ut ipsi,
 Rex suis illis pelago, venitque reverti?
 Scilicet Æolie pecudis potiretur ut auro?
- 55 Ante meus caesa descendet Caucasus umbra,
 Ac prior Hæmonias repetet super æquora preda:
 Haud ego cum virtus statui feralibus Hellen.
 Si tamen his aliter perstas non cedere terras,
 Teg, pudor cassi reditus mover, ac latez una
- 60 Nescio quid plus puppe viris; haud ipse morabor
 Que petitis: modo nostra prior tu perforce iussa,

Martius ante urbem longis jacet horridus annis
 Campus, & ardentem ac me quoque vomere presso
 Me quoque cunctantes interdum agnoscere tauri.
 His magis atque magis rabiem nunc nostra senectus
 Luxuriamque dedit: solitoque superbius ignis
 Ore fremit: succede meae fortissime laudi,
 Et nostros recole hospes agros. nec semina deerunt,
 Quae prius ipse dabam, & messes quas solus obibam.
 Consilij nox una satis: tecumque retracta,
 Cumque tuis haec iussa deis: ac si quid in isto est
 Robore, praedicti venies in rura laboris
 Ipse incertus adhuc, tenebris protinus illis
 Involui, flammisque velim durare parumper:
 An magis everso jacias dum semina campo,
 Ac tibi Cadmaei dum seminis exeat hydri
 Miles, & armata florescant pube novales.
 Filia prima trucidis vocem mirata tyranni
 Hesi, & adjuvenem pallentia retulit ora,
 Contremuitque metu, ne nescius audeat hospes,
 Sed, miser ne posse putet. perstrinxerat horror
 Ipsum etiam, & mesta stabat defixus in ira,
 Non ita Tyrenus stupet, Ioniusque magister,
 Qui portus Tyberine tuos, claramque serena
 Arce Pharon, praecipit subiit: nusquam hostia, nusquam
 quam

Ausoniam videt, & sevas accedere fyrtes.
 Tum tamen infando quae det responsa tyranno
 Colligit, & tandem obtutu consurgit ab alto:
 Non, ait, hos reditus, non hanc Aetna dedisti

- 90 *Spem Minyis: cum prima tuis pro mœnibus arma
Induimus. quo versa fides? quos vestra voluunt
Iussa dolos? alium hic Pelian, alia equora cerno.
Quin agite hoc omnes, odijsq; urgete tyranni
Imperijsq; caput; quanquã mihi dextera, nec spes*
- 95 *Defuerit mox iussa pati, nec cedere duris.
Vnum oro, seu me illa suis seges obruet hastis,
Hauriet aduerso seu crastinus ignis hiatus;
Nuncius hinc sevas Pelia mittatur ad auros
Hic periisse viros; & me, si vestra fuisset*
- 100 *Vlla fides, reducem patrie potuisse referri.
Talibus attonitos ductis natamq; patremque
Linguit, & infida preceps prorumpit ab aula.
At trepida, & medios inter deserta parentes
Virgo silet: nec fixa solo servare parumper*
- 105 *Lumina, nec potuit mœstos non flectere vultus:
Respexitque fores, & adhuc invenit euntem:
Visus & heu misera tunc pulchrior hostes amant
Discedens: tales humeros ea terga relinquit.
Illa domum, atq; ipsos paulum procedere postes*
- 110 *Optat, & ardentes tenet inter limina gressus.
Qualis ubi extremas Io vaga sentit harenas,
Fertq; refertq; pedem; tumido quã cogit Erimy
Iremari, Phariãq; vocant trans equora matres:
Circuit hand aliter, foribusq; impendet aperitis,*
- 115 *An melior Minyas revocet pater: oraq; querens
Hospitis, aut solo meret defecta cubili,
Aut venit in care gremium, refugitque sororis.
Atque loqui conata silet; rursusque recedens*

Querit, ut *Eais* hospes confederit oris
Phryxus, ut atigeri *Circen* rapuere dracones. 120
 Turis comitum visu fruitur miseranda suarum,
 Explerique nequit; subitoq; parentibus haret
 Blandior, & patriæ circumfert oscula dextra.
 Sic assueta thoris, & mense dulcis herili
 Agra nova jam peste canis, rabieque futuras 125
 Ante fugam totos lustrat queribunda penates.
 Tandem etiam molli sese semel increpat ira:
 Pergis, ait, demens; teque illius angit imago
 Curaque, qui profuga forsitan tenet alta carina,
 Quisq; meum patrias referet nec nomen ad urbes? 130
 Quid me autem sic ille movet, superetne labores,
 An cadat, & tanto turbetur Gracia luctu?
 Saltem sata virum si jam suprema ferebant;
 Iussus ad ignotos potius foret ire tyrannos.
 O utinam, & tandem non hac moreretur in urbe: 135
 Namq; & sidereo nostri de sanguine *Phryxi*
 Dicitur, & caram vidi indoluisse sororem;
 Sedq; ait has jussis actum miser ire per undas.
 At redeat quocumq; modo, meque ista precari
 Nesciat, atque meum non oderit ille parentem. 140
 Dixerat hæc, stratoq; graves projecerat artus,
 Si veniat miserata quies; cum se vior ipse
 Turbat, agitq; sopor: supplex hinc sternitur ho-
 spes;
 Hinc pater: illa nova rumpit formidine somnos,
 Erigiturque thoro, famulas, carosque penates 145
 Agnoscit, modo *Thessalicas* raptata per urbes.

- Turbidus ut pœnis, cæcisque pavorebus ensena
 Corripit, & seua ferit agmina Orestes;
 Ipsum angues, ipsum horisoni quatit ira flagelli,
 150 Atque iterum infeste se fervere Lacena
 Credit agens, falsa que redit de strage dearum
 Fessus, & in misera collabitur ora sororis.
 His ubi nequiquam nutantem Colchida curis
 Inno videt, nec dum extremo parere furoris;
 155 Non jam mentita vultum, vocemque resumis
 Chalciopes; quando ardor hebet; leviorque pudore
 Mensque obnixa malo; tenues sublimis manibus
 Tollitur, & fulvo Venerem vestigat olympo.
 Sum memor, ut totum mecum parrita laborems;
 160 Illa nimis sed dura manet, conversaque in iram,
 Et Furias, dolet, ac me nunc Furiata reliquit:
 I, precor, atque istum, quo me frustratur, amorem
 Vince precor, patrijs ut tandem evadere relictis
 Audeat, atque meum casu defendere ab omni
 165 Æsoniden: quin illa, sacro quo freta veneno,
 Illum etiam totis assistantem noctibus anguem,
 Qui nemus omne suum quicq; aurea (respice peris)
 Vellera tot spiris circum tot auctibus implet,
 Solvat, & insomnos ingenti solvat ab orno.
 170 Hec tibi; nunc Furijs, atque ipsi cætera manda.
 Tum Venus aligerum mater sic fatur amorum:
 Nec tibi cum primos aggressa flectere sensus
 Virginis, ignotaque animum contingere curas
 Desuimus: data continuo sed cingula soli
 175 Nostra tibi, quis mota loco, labefactaque cessit.

*Haud satis est; sed me ipsa opus est: cunctantia
poscunt*

*Pectora me, dubiusq; pudor: jam fœdera faxo
Æsonij petat ipsa viri, metuatque morari.*

Tu face latifera citus ad delubra Dianæ

Deveniat, sacras solita est ubi fundere tedas

180

Colchis, & equali dominam lustrare caterva.

Nec te nunc Hecates subeat metus, aut mea fortè

Ne impediât nunc acta time, quin audeat, opto,

Continuò transibit amor, cantuq; trilinguis

Ipsam flammiferos cogam compescere tauros,

185

Amplexuque peti. volucrem tunc aspicit Irin,

Festinanque jubet monitis parère Diones,

Et juvenem Æsonium prædicto sistere luco.

Protinus hinc Iris Minyas, Cytherea petivit

Colchida: Caucasæis speculatrix Iuno resedis

190

Rupibus, attonitos Ææa in mœnia vultus

Speq; metuq; tenens, & adhuc ignara futuri.

Vix primas occulta Venus prospexerat arces;

Virginis ecce novus mentem perstringere languor

Incipit. ingeminant commotis questibus ætus.

195

Ergo iterum sensus varios super hospite volvens

Mœret, & absentem nequam talia fatur.

Si tibi Thessalicis, nunc si tua forte venenis

Mater, & heu si qua est, posset succurrere conjunx;

Quid ve tuos virgo possim nisi flere labores?

200

Hoc satis ipsa etiam casus spectare supremos,

Atq; iterum dura cogar comes esse sorori.

Et nunc ille sua non quemquam sorte moveri,

- Non ullum meminisse putat: cumq; omnibus odit
 205 Me quoq;: si quando fuerit tamen ulla potestas,
 Illum ego qui diris cinis ultimus haesit arvis,
 Ossa que, quis tauri, senusq; pepercerit ignis
 Componam, sedemq; dabo. fas tunc mihi manus
 Dilexisse viri, tumultoq; has reddere curas.
 210 Dixerat. ecce thoro Venus improvisa resedit,
 Sic ut erat mutata, deam mentitaque pictis
 Vestibus, & magica Circei Titanida virga.
 Ipsa velut lenti fallatur imagine somni
 Sic oculos incerta tenet, magnique sororem
 225 Paullatim putat esse patri: tum flebile gaudens
 Prosiluit, seuaque vltro tulit oscula divae.
 Ac prior: Quid tandem vix tandem reddita Circe
 Dura tuis; qua te hijugis serpentibus egit
 Hinc fuga? queve fuit patriis mora gratior aris?
 220 Antè & Thessalica Phasin petiere carina,
 Perque tor infelix frustra vada venit Iason,
 Quam patria te movit amor? tum cetera rumpit,
 Occurritq; Venus: Tu nunc mihi causa viarum;
 Sola tue venio, jam pridem ignava, juventa:
 225 Cetera parce queri, ne u me meliora secuti am
 Argue: quippe etiam repetentur munera divum,
 Omnibus hunc potius communem auimantibus
 orbem,
 Communes & crede deos; patriam inde vocato,
 Qua redit itq; dies: nec nos dis nata malignis
 230 Cluserit hoc uno semper sub frigore messis,
 Fas mihi non habiles, & fas tibi linguere Colchos.

Et nunc Ausonij conjunx ego Regia Pici;
 Nec mihi flammiferis, horrent tibi pascua tauris;
 Meq; vides Tusci dominam maris. at tibi qui nam
 Sauromata miseranda proci? cui vadis Ibero, 235
 Hei mihi, vel sevo conjunx non una Gelonos?
 Illa dea contra jam dudum spernere voces:
 Non ita me immemorem magna Perseidos, inquit,
 Cernis, ut infelix thalamos ego cogar in illos,
 I, precor, atq; unum pro me dimitte timorem. 240
 Sed magis his miserā, quoniam potes, eripe curis,
 Unde metus estusque mihi, quæque aspera mater
 Perpetior dura jam dudum incendia mentis.
 Nulla quies animo, nullus sopor: ardua amanti.
 Quere malis nostris requiem, mentemq; repone, 245
 Redde diem, noctemq; mihi; da prendere vestes
 Somniferas, ipsaq; oculos componere virga.
 Tu quoque nil mater prodes mihi; fortior ante
 Sola fui: tristes thalamos, infestaq; cerno
 Omnia; vipereos ipsi tibi surgere crines. 250
 Talia verba dabat, collapsaq; flebat iniqua
 In Veneris Medea sinus, pestemque latentem
 Ossibus, atq; imi monstrabat pectoris ignem.
 Occupat amplexu Venus, & Furialia figit
 Oscula, permixtumq; odijs inspirat amorem. 255
 Dumq; illam varijs merentem vocibus ambit,
 Inq; aliò sermone tenet; quin hoc, ait, audi,
 Atq; attolle genas; lacrimisq; hæc infit obortis:
 Cum levis a superis ad te modò laberer auris;
 Forte ratem primo fugientem litore cerno, 260

- Qualenam nostra suo numquam dimittere porta
 Vellet, adhuc omnes quae detinet insula nautae.
 Unus ibi ante alios, qui tum mihi pulchrior omni
 Visus erat, longeq; ducem mirabar, & ipse
 265 Advolat, atq; unam comitum ratus esse tuarum:
 Per tibi si quis, ait, morituri protinus horret,
 Et quem non meritis videas occurrere monstribus;
 Hac precor, hac domina referas ad virginis aures
 Tu fletus ostende meos: illi has ego voces
 270 Quae datur, hasq; manus ut possim à litore tendere
 Ipse, ego quas mecum per mille pericula traxi,
 Defecere deae: spes & via sola salutis,
 Quam dederit, si forte dabit, ne vota repellat
 Ne mea: totq; animas, quales nec viderit ultra,
 275 Dic precor auxilio juvet, atq; haec nomina seruet
 Si Pelopis duos prior Hippodamia labores
 Expediit, totq; ora simul jugulata procorum
 Respiciens, tandem patrios exhorruit axes;
 Si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo;
 280 Cur non hospitibus fas sit succurrere dignis
 Te quoq; & Aeos jubeas mirescere campos?
 Occidat eterna tandem Cadmeis morte
 Jam seges, & viso spumantes hospite tauri.
 Hei mihi quod nullas hic possum exsolvere grates.
 285 Ut tamen hoc se va corpus de morte receptum,
 Hanc animam sciat esse suam; miserebitur ergo,
 Dic, ait, an potius? strictumq; rucebat in ensen-
 Promisi, ne falle precor; cumq; ipsa moveret
 Alloquio, casusq; viri, te passa rogari

Sum potius: tu laude nova, tu supplice digno 290
 Dignior: est & fama meis jam parva venenis.
 Torserat illa gravi jam dudum lumina vultu
 Vix animos, dextramq; tenens, quin Ipsa loquentis
 Iret in ora deas; tanta pudor aestuat ira
 Verba cavens, horror molles irruaserat annos. 295

Jamq; thoro trepidas infelix obruit aures,
 Nec quo ferre fugam, nec quo se verrere posset
 Pressa videt: rupta condi tellure, premique
 Jamdudum cupit, ac duras evadere voces.
 Illa sequi jubet, & portis exspectat in ipsis. 300
 Sævus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula

Deserit, infectis per roscida cornua vittis
 Cum tenet ille decum, pudibundaq; tegmina patris
 Tympanaq; & mollem subito miser accipit hastã.
 Haud aliter deserta pavet, perque omnia circum, 305

Fert oculos, rectisq; negat procedere virgo.
 Contrà sævus amor, contrà periturus Iason
 Urget, & audite crescunt in pectore voces.

Heu quid agat? videt externo se prodere patrem.
 Dura viro famam scelerum jamq; ipsa suorum 310

Prospicit, & questu superos questuque fatigat.
 Tartara: pulsat humum, manibusque immurmura-
 rat uncis,

Noctis Heram, Diteq; ciens; succurrere tandem
 Morte velint, ipsumq; simul demittere leto,
 Quem propter furit: absentem seivissima poscit. 315
 Nunc Pelian, tanta juvenem qui perdere i ira:
 Sæpe suas misero promittere destinat aries,

- Denegat, atq; una potius decernit in iras
 Ac neq; tam turpi cessuram semper amori
 320 Proclamat, neque opem ignoto, viresq; daturus
 Atque thoro projecta manet: cum visa vocari
 Rursus, & impulso sonuerunt cardine postes.
 Ergo ubi nescio quo penitus se numine vinci
 Sentit, & abscessu quicquid pudor ante monebat;
 325 Tum thalami penetrabile petit, que maxima norat
 Auxilia, Hemonia querens pro rege carina.
 Utque procul magicis spirantia tecta venenis,
 Et seve patuere fores, oblataque contra
 Omnia, que ponto, que Manibus eruit imis
 330 Et qua sanguinea Luna distinxit ab ira:
 Tunc sequeris. ait, quicquam, aut patiere pudenda
 dum,
 Cum tibi tri mortis, scelerisq; brevissima tanta
 Effugia? hac dicens qua non velocius ulla
 Pestiferam toto nequiquam lumine lustrat.
 335 Cunctaturq; super moriturag; colligit iras.
 O nimium incunda dies, quam cara sub ipsa
 Morte magis stetit, & sese mirata furentem est.
 Occidis, heu primo potes hoc durare sub evo?
 Nec tu lucis, ait, nec videris ulla iuventa
 340 Gaudia, nec dulces fratris pubescere malas?
 Hunc quoq; qui nunc est primævus, Iasona nescio
 Morte perire tua nunc invocat unam;
 Qui rogat, & nostro quem primævum in litore vidit
 Cur tibi fallaces placuit conjungere dextras
 345 Tunc? poterasq; istis juvenem non perdere monstria

Proinus? ipsa etiam, fateor, tunc ipsa volebam.
 Testor cara tuas Circe Titania voces,
 Te ducente sequor: tua me grandeva fatigant
 Consilia, & monitis cedo minor. hæc ubi fata,
 Rursus ad Hemonij juvenis curamque metumque 350
 Vertitur: hunc solum propter se vivere gaudens
 Sive moris quòdcumq; velit: majora precatur
 Carmina, majores Hecaten immittere vires
 Nunc sibi; nec nota stabat contenta venenis.
 Cingitur inde sinus, & qua sibi fida magis vis 355
 Nulla, Promethea florem de sanguine fibre
 Caucauseum, tenitru nutritaq; gramina promit,
 Quæ sacer ille nives inter, tristesq; pruinas
 Durat, editque cruor; cum viscere vultur adaso
 Tollitur è scopulis, & rostro irrorat aperto. 60
 Idem nec longi languescit finibus ævi
 Immortale virens: idem stat fulmina contra
 Sanguis, & in medijs florescunt ignibus herba.
 Prima Hecato Stygijs duratam fontibus harpen
 Intulit, & validas scopulis effodit aristas: 365
 Mox famule monstrata seges, quæ lâpade Phœbes
 Sub decima, juga feta meiit, sæviq; per omnes
 Reliquias, saniemq; dei, gemit irrius ille
 Colchidos ora tuens: rotos tunc contrahit artus
 Monte dolor, cunctaq; tremunt sub falce catena. 370
 Talibus infelix contra sua regna venenis
 Induitur, noctiq; tremens inferitur opaca.
 Dat dextram, vocemq; Venus, blandisq; paventem
 Alloquijs, junctoque trahit per mœnia passu.

Quæ

- 375 Qualis adhuc teneros supremum pallida seivm
 Mater ab excelso produxit in aëra nido,
 Hortaturq; sequi, brevibusque insurgere pennis
 Illos carulei primus fert horror olympi,
 Jamq; redire volunt, assuetiq; queritur arbor.
- 380 Haud alia Eæ per mœnia deficit urbis
 Incedens, horretque domos Medea silentes.
 Hic iterum extrema nequiquam in limine porte
 Substitit, atque iterum fletus, animique soluti:
 Respexitq; deam, paullumque his vocibus hesit:
- 385 Ipse rogat certè, meque ipse implorat Iason.
 Nullane culpa subest? labes non ulla pudoris,
 Nullus amor, nec turpe viro servire precanti?
 Illa nihil contra, vocesque abrupit inanes.
 Et jamjam magico per opaca silentia Colchis
- 390 Cœperat ire sono, monstrataq; condere vultus
 Numina, cumque suis averti collibus amnes:
 Fã stabulis, gregibusq; pavor, strepitusq; sepulcris
 Inciderat; stupet ipsa gravi nox tardior umbra:
 Ipsa tremens longè sequitur Venus, utq; sub altis
- 395 Pervenero trabes, divaq; triformis in umbram:
 Hic subito ante oculos nondum speratum Iason
 Emicuit: viditque prior conterrita virgo.
 Atq; hic se profugam volucris Thaumantias alis
 Sustulit: inde Venus dextre delapsa tenenti.
- 400 Obvius ut sera cum se sub nocte magistris
 Impingit, pecoriq; pavor; qualesve profundum
 Per chaos occurrunt cæcè sine vocibus umbra:
 Haud secus in medijs noctis, nemorisq; tenebris

Inciderant ambo attoniti, juxtaq; subibant,
 Abieribus tacitis aut immotis cyparissis 409
 Assimiles, rapidus nondum quas miscuit Auster.
 Ergo ut erat vultu defixus uterque silenti
 Noxq; suum peragebat iter; jamjam ora levare
 Esoniden, farique cupit Medea priorem.
 Quam simul effusis pavitantem fletibus Heros, 410
 Flagrantesq; genas vidit, miserumque pudorem;
 Has tandem voces dedit, & solatus amantem est:
 Fersne aliquam spem lucis, ait? miserata laborem
 Nempe venis. an & ipsa mea letabere morie?
 Ne precor infando similem te virgo parenti 415
 Gesseris: haud tales decet inclementia vultus.
 Hascine nunc grates, hac expectata laborum
 Dona dari decuit? sic te sub teste remitti
 Fas mi virgo tuum, justas da vocibus aures,
 Nec pater ille tuus, tantis me opponere monstris? 420
 Quid meriti? aut tales voluit me pendere vdenas?
 An jacet externa quod nunc mihi cuspide Canthus?
 Quodq; meus vestris cecidit pro mœnibus Iphis?
 Aut Scythiae tanta inde manus? jussisset abire
 Perfidus, atque suis extemplo cedere regnis. 425
 Spem mihi promissam per que discrimina rursus
 Et reddat, qua lege vides: occumbere tandem
 Possumus idq; sedet, quam non quacumq; subire
 Patris jussa tui. numquam sine vellere abibo
 Hinc ego: degenerem nec me tu prima videbis. 430
 Hac ait, illa tremens ut supplicis aspicit ora
 Conticuisse viri, jamq; & sua verba reposci:

Nec

- Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quibus
 Quo ve tenus, prima cupiens effundere voce
 435 Omnia, sed nec prima pudor dat verba timenti.
 Heret, & attollens vix tandem lumina fatur:
 Quid precor in nostras venisti Thessale terras?
 Unde mei spes ulla tibi? tantosq; petisti
 Cur non ipse tua fretus virtute labores?
 440 Nempe ego si patrijs timuisssem excedere tectis,
 Occideras: nempe hanc animam pars sava manebat.
 Funeris. en ubi Inno, ubi nunc Tritonia virgat
 Sala tibi quoniam tantis in casibus assium
 Externa regina domus: miraris? & ipsa
 445 Credo: nec agrosunt hæc nunc Æeida silva.
 Sed fatis sum victa tuis. cape munera supplex
 Nunc mea: teq; iterum Pelias si pertere queret,
 Inq; alios casus, alias te mittet ad urbes;
 Heu forma ne crede tua. Titania jamq;
 450 Gramina, Perseasq; sinu depromere vires
 Cœperat; his iterum compellat Iasona dictis:
 Si tamen aut sumtis aliquam spem ponis in armis,
 Aut tua presenti virtus educere leto
 Si te forte potest; & jam nunc deprecor, hospes,
 455 Me sine & insontem misero dimitte parenti.
 Dixerat. extemplo (neq; enim matura rursus
 Sidera, & extremum suffixerat axe Booten)
 Cum gemitu & multo juveni medicamina fletu
 Non secus ac patriam, pariter famamq; decusq;
 460 Obiit. ille manu subit, & vix corripit omnem.

Hæc ubi facta nocens, & nō revocabilis umquam
 Cessit ab ore pudor, propiorq; implevit Erinnyss;
 Carmina nunc totos solvit, figitq; per artus
 Esonide, & totum septeno murmure fertur
 Per clypeum, atq; viro graviolem reddidit ha- 469
 stam:

Jamq; sui tauris languent absentibus ignes.
 Nunc age, & has, inquit, cristas, galeamq; resumes
 Quam modo funerea tenuit discordia dextra.
 Hæc jace per medias, cum verteris æquora, messes,
 Protinus in sese conversa furoribus ibit 470
 Cuncta phalanx, atq; ipse fremens mirabitur, &
 me

Respiciet fortasse pater, sic deinde locuta,
 Jam magis atq; magis mentem super alta ferebat.
 Æquora: pandentes Minyas jam vela videbat.
 Se sine: tum verò extremo percussa dolore 475
 Arripit Esoniden dextra, ac summissa profatur:
 Sis memòr oro mei, contra memor ipsa manebo
 Crede tui, quando hinc aberis, dic quaso, profundi
 Quod cœli spectabo latus? sed te quoq; tangat
 Cura mei quocumq; loco, quoscumq; per annos: 480
 Atq; hunc te meminisse velis, & nostra fateri
 Munera: servatum pudeat nec virginis arte.
 Hei mihi, cur nullos stringunt tua lumina stertus?
 An me mox merita morituram patris ab ira
 Dissimulas? te regna tue felicia gentis, 485
 Te conjunx, nateq; manent: ego perdita obibo:
 Nec queror, & pro te lucem quoq; leta relinqvã.

Pre.

Protinus hospes ad hæc (tacitis nam cantibus illis
Flexerat, simili jam dudum asslarat amore)

- 490 Tunc, ait, Asonida quidquam te velle relicta
Credis & ulla peti sine te loca? redde tyranna
Me potius: recipe ingratos atq; exue cantus,
Quis mihi lucis amor? cur amplius optem,
Si non & genitor te primam amplectitur Ason,
- 495 Teq; tuo longè fulgentem vellere gaudens
Spectat, & ad primos procumbit Græcia fluctus?
Respice ad has voces, & jam precor annue cõjunctæ
Per te, quæ superis, diviisq; potentior imis
Perq; hæc ergo tuo redeuntia sidera nutu,
- 500 Atq; per has nostri juro discriminis horas:
Vnquã ego si meriti sim noctis & immemor hujus,
Si te, sceptrâ domum, si te liquisse parentes
Senseris, & mea tum non hæc promissa videntem:
Tum me non tauros juvet evasisse, ferosq;
- 505 Terrigenas: tum me tectis tua turbet in ipsis
Flamma, tuæq; artes: nullus succurrere contra
Ingrato queat, & si quid tu se vius ipsis
Adjicias: meq; in medio terrore relinquis.
Audiit, atq; simul meritis perjurâ pœnis
- 510 Despondet, questus semper furor ultus amanti.
Hæc ubi dicta: tamen perstant defixus uterq;
Et nunc ora levant audaci læta juvenia,
Ora simul totiens dulces rapiencia visus.
Dejicit hinc vultus eger pudor, & mora dictis
- 515 Redditur, ac rursus conterret laesona virgo:
Accipe per domitis quæ deinde pericula tanris,

Et quis in Æolio maneat te vellere custos;
 Non dum cuncta tibi, fateor, promissa peregi:
 Scivior ingenti Mavoris in arbore restat,
 Crede, labor; quem tanta utinam fiducia nostri 520
 Sit mihi nocturnaq; Hecates, nostriq; vigoris.
 Dixerat. uq; virum doceat, qua monstra super-
 sint,

Protinus immensis recubantem anfractibus angue
 Turbat, & Hamonij subito ducis obicit umbram.
 Ille quod hand alias, sterit, & trepidantia torsit 525
 Sibila, seq; metu postquam sua vellera circum
 Sustulit, atque omnis spiris exhorruit arbor;
 Incipit inde sequi, & vacuo furit ore per auras.

Quis fragor hic? que nam tanta, die virgo, ruina?
 Exclamat stricto Æsonides stans frigidus ense. 530
 Illa trahit ridens: tandemq; ait angue represso:
 Hunc tibi postremum nostri parat ira parentis.
 Heu miser, heu tantis iterum carpende periclis.
 O utinam ut nullo te sim visura labore,

Ipsam ceruleis scalentem nexibus ornam, 535
 Ipsaque per vigilis calcantem lumina monstri.
 Contingat vix deinde mori. Sic fata, profugit;
 Seque sub extremis in mœnia rettulit umbris.
 Et jam puniceo regem spes vana sub ortu
 Extulerat, quantis nox vana diremerit undis 540
 Æsoniden, liberne fretò jam vultus aperto,
 Utq; prius totum sileat mare: dumq; ea longè
 Explorare queat; contra venit Arcas Echion
 Dicta ferens: jam Circais Mavoris in agris

- 845 *Stare virum, daret eripedes in praelia tauros.
 Et vocor en uliro, dixit, spesq; addidit ausa:
 Vos mihi nunc primum in flamas invertite tant
 Equora, nunc totas aperite, & voluite flammam.
 Exeat Hemonio messis memoranda colono,*
- 850 *Tuq; tuum parti Graium da nata draconem.
 Ipsius aspectu pereant, in velleria, in ipsa
 Terga, mihi diros seruent infecta cruores.
 Fatur, & effusus pandi iubet equora tauris.
 Pars & Echionij subeunt inmania dentis*
- 855 *Semina: pars divi portant grave robur aratri.
 At sua magnaximum contra Pagasea juvenis
 Prosequitur, stipatq; ducē: tum maxima quisque
 Dicta dedit, se visq; procul discessit in agris.
 Fixerat ille gradus, totoq; ex agmine solus*
- 860 *Stabat, ut extremis desertus ab orbibus axis,
 Quem jam lassas dies, Austrig; ardentis harene,
 Aut quem Riphaas exstantem rursus ad arces
 Nix, & cerulei Boreae ferus abstulit horror:
 Cum subito attonitis longissima Phasidis unda,*
- 865 *Caucaseq; trabes, omnisque Aetia tellus
 Fulsit, & ardentes stabula effudere tenebras.
 Ac, velut ex una si quando nube corusci
 Ira Jovis torsit geminos mortalibus ignes
 Aut duo cum pariter ruperunt vincula venti,*
- 870 *Dantq; fugam: sic tunc claustris evasit uterque
 Taurus, & inmani proflavit turbine flammam
 Arduus, atque atro volvens incendia fluctu.
 Horrui Argæa legio ratis: horrui aedax*

Qui modò virgineis seruari cantibus Idas
 Elebat, & inuito prospexit Colchida vultu. 575
 Non tulit ipse moras, seseq; immisit Iason;
 Deversos postquam ire vider; galeamq; minantem
 Quassat, & errantem dextrâ ciet obuius ignem.
 Ut tandem stetit, & torto se lumine flexit,
 Qui prior adversi respexit Iasonis arma; 580
 Cunctatus pallum subito fuit: equorâ non sic
 In scopulos irata ruunt, eademq; recedunt
 Facta retrò: bis fulmineis se flatibus infert,
 Obnubiq; virum: sed non incendia Colchis
 Aspirare sinit; clypeoq; illiditur ignis 585
 Frigidus, & viso pallefcit flamma veneno.
 Incitat Asonides dextram, inq; ardentia mittit
 Cornua dein totis propendens viribus heret.
 Ille virum atque ipsam tunc te Medea recusans,
 Concutit, & tota nitentem cornibus ira 590
 Portat iners: tandem gravius mugire recedens,
 Incipit, & fesso victus descendere cornu.
 Respicit hinc socios immania vincula postcens
 Asonides, jamq; ora premit, trahiturq; trahiq;
 Obnixusq; genu superat, cogitque trementes 595
 Sub juga ahena toros. Aliû dehinc turbida Colchis
 Exarmat, lentumq; offert, timideq; minantem:
 Jamq; propinquanti noctem implicat: ille fatiscês
 In caput, inq; humeros ipsa vi molis & ira
 Proruit: invadit, totusq; incumbit Iason 600
 Desuper, atque suis desixum flatibus urget.
 Utq; dedit vinculis, validoq; obstrinxit aratro;

- Suscitatur ipse genu, seuaq; agit insuper hasta,
 Non aliter medio quam si telluris hiatus
 605 Terga recentis equi, primumq; inuasi habenis
 Murmur, & in summa Lapi hes apparuit Ossa,
 Ille velut campos Libyes, ac pingua Nili
 Fertilis arua secet; plena sic semina dextra
 Spargere gaudet agris, oneratq; noualia bello.
 610 Martius hic primum ter vomere fusus ab ipso
 Clangor, & ax omni sonuerunt cornua sulco:
 Bellatrix tunc gleba quati, pariterque creari,
 Armariq; phalanx, totisq; insurgere campis:
 Cessit, & ad socios paulum se retulit Heros
 615 Opperiens, ubi prima sibi daret agmina tellus
 Aduerso; ut summis iam rura recedere crisis
 Vidit, & infesta vibrantes casside terras;
 Advolat, atque imo tellus qua proxima collo,
 Nec dum humeri videre diem; prior ense sequaci
 620 Equat humo truncos; rutilum thoraca sequenti
 Aut primas a matre manus; premit obuius ante.
 Nec magis aut illis aut illis millibus ultra
 Sufficit; ad dira quam cum Tirynthi huius hydra
 Agmina, Palladios defessus respicit ignes.
 625 Ergo iter ad socias conuertere Colchidos artes,
 Et galee nexus, ac vincula dissipat ime:
 Cunctaturq; tamen, totiq; occurrere bello
 Ipse cupit spes; nulla datur: sic undique densant
 Terrigenae jam signa duces; clamorq; tubaq;
 630 Jamq; omnes odere virum jamq; omnia contra
 Tela volant: tum vero amens discrimine tanto,

Quam medo Tartareo galeam Medea veneno
 Infectam dederat, ususq; armarat in illos,
 In medios torsit: converse protinus haste.
 Qualis ubi attonitos mœsta Phrygas annua matris 635
 Ira, vel exectos lacerat Bellona comatos:
 Haud socus accensas subito Medea cohortes
 Implicat, & miseros agit in sua proelia fratres.
 Omnis ibi Æsoniden sterni putat: omnibus ira
 Talis erat: stupet Æetes, ultroq; furentos 640
 Ipse viros revocare cupit: sed cuncta jacebant
 Agmina; nec quisquã primus ruit, aut super ullus
 Linquitur: atque hausit subito sua funera tellus.
 Protinus in fluvium fumantibus evolat armis
 Æsonides: qualis Getico de pulvere Mauors 645
 Intrat equis, uritq; gravem sudoribus Hebrum;
 Aut niger ex antris, rutiliq; à fulminis æstu
 Cum furit, & Siculo respirat in æquore Cyclops.
 Redditus hic tandem, sociosq; amplexus ovantes,
 Haud jam mendacem promissa reposcere regem. 650
 Dignatur: nec si ipse sibi terga ingerat ultro
 Qui pepigit, velit in pacem, dextramq; reverti
 Amplius: ambo truces, ambo abscessere minantes.

